

Band III., Nr. 593, Seite 49-50

Bischof Otto von Würzburg bestätigt den Verkauf und die feierliche Übergabe des Gutes in Gommersdorf durch Berengar von Ravenstein an das Kloster Schöntal.

Ohne Ortsangabe, 1216.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Wirtzeburgensis episcopus, universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in domino. Ex officio nostre speculacionis, intuitu divine remuneracionis, locis religiosis et precipue Christi pauperibus curam et diligenciam tenemur impendere, ipsosque et universa ad ipsos pertinencia tueri et confovere et scripti nostri cautela munire. Horum itaque contemplacione universos Christi fideles tam presentes quam future etatis volumus cognoscere, quod Ber[e]ngerus de Rabenstein¹, homo libere condicionis, servata omni lege et consuetudine contrahencium, predium suum in Gummersdorff vendidit monachis in Schöntal pro centum et quatuor marcis, cum omni iure et attinenciis suis, vineis, agris, cultis et incultis, silvis, pratis, decursibus aquarum, in presencia nostra et fratrum nostrorum et liberorum et ministerialium nostrorum, in proprietatem perpetuam contradidit possidendum, et nullum sibi aut heredibus suis in eo ius retinens omni iuri quod in eo habebat manu et calamo solenniter renunciavit. Huius igitur vendicionis et tradicionis certitudinem et stabilitatem in perpetuum procurare cupientes presentem paginam testium subscripcione et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Unde si quis in posterum tam rationabile factum infringere aut infirmare presumpserit, iram dei omnipotentis et beatorum martyrum Kiliani et sociorum eius et ban[n]um nostrum se noverit perhenniter incursum.

Testes: Burchardus abbas de Brunnebach, Otto maior prepositus, Wilhelmus decanus Novi Monasterii, Theodericus prepositus de Houge², Boppo scholasticus, Heinricus custos, Heinricus parrochianus de Kitzinge[n]; laici: Conradus de Trinberck³, Waltherus de Horenburck⁴, Hugo de Sulze, Albertus scultetus, Nidungus, Heinricus magister coquine, Arnoldus Pica, Iringus Cresso, Rudegerus houeschulteize, Eisbertus de Enselingen, Heinricus de Wolpoldesdorff, Nibelungus et Conradus fratres de Biringen et alii quam plures.

¹Vgl. WUB, Bd. III, S. 10 Nr. 561.

²Stift in Würzburg.

³Trimberg, Elfershausen KG ?

⁴Ohrnberg.

II

Acta anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XVI^o., indictione IIII^a., anno pontificatus domini Honorii summi pontificis primo, regnante gloriosissimo Romanorum rege Friderico et rege Sicilie, reverendo domino Ottone in Wirtzeburg pontificatus sedem tenente.

Ut autem sciatur, quod donacio predicti predii communi consensu et collatis manibus ipsius Berengeri et uxoris sue legittime facta fuerit, eodem tempore quo premissa coram nobis acta sunt predicti monachi privilegium suum sigillo prefati Berengeri signatum protulerunt, cuius tenor talis erat. – *Folgt nun wörtlich der Text der Urkunde Nr. 592 (WUB, Bd. III, S. 48 f.).*

—

Nach dem Diplomatar des Klosters Schönthal von 1512, fol. CLXXXVIII, Nr. 5.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 214, fol. 187, Nr. 5

Überlieferung und Textkritik:

Im Diplomatar von 1512. Auch im Diplomatar von 1618: HStA Stuttgart H 14 Nr. 215, fol. 206.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Abschrift

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

Ortsindex:

Bieringen Wohnplatz (2646)

Bieringen, Schöntal, KÜN

Bronnbach Wohnplatz (3918)

Bronnbach, Wertheim, TBB

Enslingen Wohnplatz (3443)

Enslingen, Untermünkheim, SHA

Gommersdorf Wohnplatz (2417)

Gommersdorf, Krautheim, KÜN

Kitzingen, KT

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

IV

Ohrnberg Wohnplatz (2577)

Ohrnberg, Öhringen, KÜN

Ravenstein Wohnplatz (596)

Ravenstein, Böhmenkirch, GP

Rom, Latium, Italien

Sizilien, Italien

Sülz Wohnplatz (3369)

Sülz, Schwäbisch Hall, SHA

Trimberg, Elfershausen, KG

Wolpertsdorf Wohnplatz (3379)

Wolpertsdorf, Schwäbisch Hall, SHA

Würzburg, WÜ